

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Prophetæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

A Marcus posuerit, *S' in digito Dei*, alias Evangelista dixerit, *Si ego in Spiritu Dei*. Porro in precibus, quas certo anni tempore almo huic Spiritui allegamus, *Dexteræ Dei digitum* eum appellamus. *Præ-MATTHEI. 13*
terea D. Hieronymus eo opusculo, cui de Divinitatis essentia titulus est, *digitum unitatis numero*, pro almo eo divinoque Spiritu accipi debere profiteretur, quo lex in duabus tabulis in monte Sina
scripta fuerit: ipse enim, ut idem ait, scripsit, qui & dictavit.

PROPHETÆ. CAP. II.

Número vero multitudinis digitii sunt Prophetæ, per quos Spiritus idem almus libros Legis af-
flatu suo conscripsit: unde Davides, *Videbo calos tuos, opera digitorum tuorum*, ubi per celos *Explicatio mystica celorum*
ipsum Prophetarum incitationem accipiunt, qua correpti, admiranda tot oracula de divinis huma-
nisque rebus in posteros consparsere. Sunt qui Psalmographum dicant ad historicum tensum simpli-
citer respexisse, per digitum tamen virtutem Dei exponant. Unde Magi Pharaonis cum Moseos mi-
raculis cederent, *Digitus Dei* est, dicebant: ubi pars pro toto, digitus pro manu: nam omnino ma-
nus, ut loco suo dictum, confessi operis hieroglyphicum est. In mundi vero totius fabrica, nihil co-
lo ipso admirabilius.

MEDITATIO, VEL ULTIO. CAP. III.

Quod si hominem digitos aut ungues suos commor-
gentem pictum sculptumve inspiceris, scias eo gestu,
alias quidem meditationem, profundumque ad ecstasim
usque cogitatum intelligendum: alias vero penitentiam
facti, ulciscendive minas. Illud significatum apud Persi-
um & Horatium habes, quorum alter dicit:

Nec pluteum cedit, nec demorsa sapit unguis:

alter & in versu faciendo:

Sepe caput se abberet, vivos & roderet unguis.

ultimum apud Propertium habes:

Ungue meam morfo sepe querere fidem.

sed hæc omnibus notissima præterimus.



Digitos
commor-
dentes, quis

LASCIVA MOLLICIES. CAP. IV.

A Spicies forte statuam saltatorio gestu positam, ritu bar-
barico adornatam, digitis supra caput veluti argutum
aliquid crepitantibus, ea hieroglyphice lascivas mollices,
& enervatæ nequitæ delicias indicat. Et uno dígito caput
scalpere delicate admodum mollicie signum est, quod Cn.
Pompejo vitio datum, usque ad inimicorum publicum ca-
villum, ait Plutarchus: quo super gestu Juvenalis etiam
mordaciter jocatus, cum dixit: *Qui dígito scalpunt uno caput.*
Pluribus vero modis hac in digitis mollices notata gesti-
catione, munditia nimia, ornato gemmarum annulorumque
sumptuoso, motuque ad mimicum proprius accedente. Quare
Chilonis Lacedæmonii dictum est, inter loquendum ma-
num moveri non debere. Et Hebraico proverbio dicitur,
Stultum dígito loqui,



Plutiar. in
vita Pompei
dictum
nimirum. &
Calvo Poet.
ta.
Juven.
Sat. 9.
Juvenalis.
Chilonis
& Hebraic
rum dñe
ria.

SOCIETAS. CAP. V.

Lacet in duabus consertis manibus fidei federumque hieroglyphicum locupletius habeatur,
non est tamen illud dissimulandum, quod de pollicibus est a Cornelio Tacito traditum: morem *Fæderis*
quippe fuisse Regibus quorumdam barbarorum, quotiens in societatem coirent, applicare dexteræ, mos anti-
policesq; inter se vincere, nodoque perstringere, & ubi mox sanguis in artus extremos pervenisset, *quui-*
levi